Quelle:
Copyright:



5.

Collectio diversorum ex ss. Patribus

206b – 273b

Collectio diversorum ex ss. Patribus scilicet Chrysostomo, Cassiodoro, Basilio, Gregorio, Ambrosio, Augustino &c. Incipit: "Chrysostomus super Mt. ostendens quomodo predicator accendatur ex multitudine auditorum &c. Fortasse eadem est collectio, quam Kropffius in Bibl. Mellic. p. 224 eiusdem anonymo Mellicensi /: ao 1445 :/ adscribit, dicens: "Facit vastam collectionem diversorum ex ss. PP. maxime sermonibus S. Bernardi in Cantica, aliorumque doctorum et scriptorum excerpto, rum." Quod si ita res se habet, monendus est lector, Comentarium in Cantica, de quo numero nox precedenti dixi, eique incipit: Bernardus super cantica sermone 70. ad tam collectionem esse referendum.

6.

Sermones de festis Purificationis, et Nativitatis B. V. M.

277a – 288b

Sermones de festis Purificationis, et Nativitatis B. V. M. Primus incipit: "Postquam impleti sunt dies purgationis Luc 2°. In hac festivitate loquitur Bernhardus." Sermonis primi de Nativitate B. V. initium est: "Laudate celi exultet terra &c. Bonaventura super illo verbo". An ex iis sint, quos Petius, et Fabricius Henrico de Harffiae, rioni adscribunt, nescio.